



I. A. SARACENVS
LECTORI S.

O N sum nescius, Le-
ctor beneuole, varia exta-
re tum manuscripta, tum
etiam typis excusa Dio-
scoridis exemplaria, tam
Græca quam Latina, in quibus multi-
plices simplicium appellations, etiam
Barbaræ, singulorum penè capitum prin-
cipiis annexæ reperiuntur: nec deesse, in
quibus præterea remedia multa sanè
perquam vana aut nimium superstitio-
sa, adeoque ipso etiam Dioscoride, tan-
tæ apud Galenum commendationis Au-
tore, penitus indigna, ex variis Scripto-
ribus temerè ac citra delectum deprom-
pta, in contextum ipsum perperam irre-
pserint,

pserint. Sed & alia non pauca diuersis
 in bibliothecis studiosè afferuari mihi
 compertum est aliquantò & accuratius
 & religiosius exarata eiusdem Autoris
 exemplaria, in quibus tum peregrina illa
 vocabula, tum quacunque alia vel esse
 superflua, vel stylo dissimili scripta con-
 stabat, omissa fuere: aut, si qua foriè le-
 guntur, ea non quidem inserta contexui,
 sed margini tantummodo inscripta repe-
 riuntur. Quamobrem in ista codicum
 varietate dum multumque fuit animus in
 dubio, an illa omnia, quæ ut aliis non-
 nullis Interpretibus, ita & mihi merito
 suspectiora videbantur, quod essent Au-
 toris stylo planè dissentanea, omnino præ-
 termitterem. Tandem vero quoniam in-
 ter illas varias variarum linguarum ap-
 pellationes, ac medicinas etiam, quan-
 uis non satis certas, aut etiam à Diosco-
 ridis mente prorsus alienas, nonnulla in-
 terdum occurrere visa sunt, è quibus pol-
 lens iudicio Lector fructum qualem cun-

que carpere poterat: iccirco etiam iis te
penitus defraudare nolui, sed doctissimo-
rum virorum, Hieronymi Rosciij, Jo. Cor-
narij & Iac. Goupyli exemplo, talia, si
non omnia, saltē pleraque, tanquam
supposititia & falso ascripta Dioscoridi,
à contexture remouenda censui, sāque ha-
bui hunc iis locum ad speris calcem af-
signasse. Hisce paucis te, studiose
Lector, admonitum volui,
quō nostri consiliū ra-
tio etiam apud
te constares.

Vale.

